

vorum. Item dimitto *Isabele habitatrici* dicte domus ducatum unum et meum mantelum et meam tunicam albam. Item dimitto predictæ *Bartholomeæ armine* florenum unum. Item dimitto *Francisce armine sancti Blasii* florenum unum. Item dimitto *fratri Vielmo armino* florenos quatuor. Item dimitto suprascripto *fratri Michaeli*, unam tunicam nigram. Item dimitto *fratri Ezechieli armino* florenos duos. Item dimitto predicto Archiepiscopo florenos decem. Item dimitto *domui Arminorum Bononie* ducatos duos. Item dimitto *domui Arminorum Perusie* florenos duos. Item dimitto *domui Arminorum Snoe* florenos duos. Item dimitto *domui Arminorum de Janua* florenos duos. Item dimitto *domui Sancti Spiritus Arminorum de Urbe veteri* ducatum unum. Item volo sepeliri apud sanctum Georgium. Item dimitto fratribus sancti Georgii ducatos duos pro missis celebrandis. Item volo dari unum magnum doplerium monasterio sancti Georgii et unum aliud doplerium magnum ecclesie sancti Juliani pro illuminatione corporis Christi. Item die mortis mee volo quod de omnibus meis galinis fiat una charitas. Item dimitto tres pavones dicto Archiepiscopo. Item dimitto unum pavonem dicto presbitero Jacobo. Item dimitto unum pavonem presbitero Francisco custodi ecclesie sancti Marci. Item unum alium pavonem volo dari pro anima mea. Item dimitto *domui nostre Arminorum de Veneciis* florenos octo pro aptando ipsam. Item dimitto presbitero Jacobo de Marchesino notario huius meis testamenti florenum unum in presencia suprascriptorum commissariorum meorum. Item volo fieri unam charitatem de ducatis decem pro anima meam secundum discretionem predictorum commissariorum meorum. Item volo quod omnia legata que superius dimitto domus Arminorum dentur in manibus predicti fratris *Michaelis*. Residuum vero omnium bonorum meorum mobilium et immobilium quocumque modo forma vel iure mihi spectancium volo dari et distribui pro anima mea secundum discretionem predictorum commissariorum meorum.

Preterea plenissima virtute et potestate do et confero suprascriptis meis fidei commissariis post obitum meum dictam meam commissariam intromittendi et administrandi inquirendi interpellandi placitandi respondendi advocatores precepta et interdicta tollendi, legem petendi sententiam audiendi et consequendi ac esecuciones